

Libellus ethicus.

284



KATALOGS

cl
ter

Inv. № 62310.

LIBELLVS

E THICVS, SCHOLASTICAЕ IV-
VENTUTIS CONDITIONI ET
captui accommodatus, et in gratiam
puerorum qui in Schola Rigensi
informantur, collectus &
seorsim editus.

Ad iecē sunt duę orationes, altera
Ciceronis, altera Burenii.

M. epixi.



Riga Livonum in officina Typogra-
phica Nicolai Mollini.

ANNO 1690.
Mense Martio.



ZAFB
R 2042

Claudianus de utilite

Ethicæ doctrinæ.

IN Latium spretis Academias migrat Athenis,
Ut tandem proprius discat, quo Fine beatum
Dirigitur, qui norma boni, quis limes honesti,
Quænam membra sui Virtus divisa domandis
Objiciat vitijs, quæ pars Injusta recidat,
Quævincere ratione Metus, quæ frenet Amores.



INFANS repit humi, teneris infirmior annis,
Dum nequit erecto, quod libet, ire gradu.
Mox adolescentem firmat robustior ætas,
Ut pede tentet iter curriculōq; volet :
Sic natura docet primum nos utile, donec,
Quod decet, annorum prospiciamus ope.

Summa

A 2.

LATVIA LIBRARIA
1524

Summa & ordo hujus Libelli.

I.

Adami Siberi Leges Scholasticae.

II.

Nicolai Borbonii Carmen de moribus
puerorum.

III.

Parænesis de officio pii ac diligentis
Scholastici.

IV.

Sententiaz Ciceronianaz puerorum in
geniis, moribus atqz studiis rectè for-
mandis accommodaz.

V.

Oratio Ciceronis pro Archia Poëta.

VI.

Oratiuncula Arnoldi Burenij de lite-
tarum humanitatis dignitate & usu.
Rostochii habita.

Leges

LEGES SCHOLASTICÆ

ADAMI SIBERI.

PRIMUM, quod absqz moribus scientia
Vana omnis est; venerans Dei numen cole,
Scopum tibi proponens studiorum omnium
Nihil Dei Christiqz præter gloriam.

Ne fiat infensum illius numen tibi,
Seruare te jubeo præcepta quæ dedit,
Quibusqz nil magis execratur omnium,
Peccata toto fugere mentis impetu,
Magis indies bonum piumqz euadere,
Veramqz cordis innocentiam sequi.

Verbum illius nunquam male pius despice,
Sed omnibus quæcunqz sacra continet
Scriptura crede, namqz verax in suis
Verbis Deus, pœnas minatur improbis,
Iustis & idem pollicetur præmia.

Quod sitamen (hominum quæ est imbecillitas)
Errore lapsus, inquinasti turpium
Te sordibus vitiorum, ad aram confuge,
Aram Dei dico perennis filium,
Qui morte tristi nostra finivit mala,
Quem propter & miseratus omnium Deus,
Spondet salutem perpetem credentibus.
Ingrata nulla adeo tibi hora transeat,
Qua non sitante oculos Dei benignitas.

A 3. Christiqz

Christiq; laudes usque & usque concinas,
Seu vesperi somno & quieti collocas
Defessa membra, oculis soporemq; accipiss
Seu mane surgens ad studia accedit tua,
Ingenio ut ille lumen infundat, roga.
Poscens opem prece, & benignam gratiam,
Cibum prius non invocato numine
Ne quando sumas, nam Deus qui condidit
Sustentat idem, datq; corpori dapes,
Fameq; dempta prestito pro munere,
Grato preces eidem funde pectore,
Adeoq; quicquid incipis rerum omnium,
Ut numine suo assit tibi Deus, roga.
Nam quas favore suo regit bonitas Dei,
Habere prosperum resexitum solent.
Festis diebus conciones publicas
Attentus audi, quæq; dicuntur, pia
Exprimere vita, & moribus sanctis stude,
Nec garriendo turpiter te unquam gere
In æde sacra: non homines tantum verens,
Sed potius ipsum Deum, & beatos angelos
Iusto parentes (sic Deus jubet) cole
Honore, nec non mentis atq; animi patres,
Quilitteris te, quiique moribus bonis
Sic instruunt te ad omne virtutis decus,
Ama, reverere, & omnibus semper modis
Parere mandatis & obsequi stude.
Illos jubere; te decet iusta exequi.

FAC IN

Fac in scholam hora constituta ventites,
A rmis tuis instructus, ac sine venia
Absis, quod improbi faciunt, non sapient.
Ingressus auditorium nuda caput.
Haud fabulare, tempus haud malè transige,
Semper tuum sed occupa tacitus locum.
In lectione agito, relictis omnibus
Ineptijs, quod ille flagitat locus.
Ab ore pendens te docentis, annota
Quæcunque dicit, ut cotidie doctior
Fias, Sine namque nemo diligentia
Receptus intra est Pieridum sacraria.
Ediscere quod juberis, omne ediscito,
Et memoria constare doctrinam puta.
Cum recitat alter, ne quid illi admurmures,
Nanq; insuffratio illa plurimum impedit
Discentium cursum atque diligentiam.
Non contumax, non pervicaci audacia
Rebellis, unquam oblige eis qui te docent,
Sis gratus illis atq; pro laboribus
Grates agito. dum te docentes literas
Nil rædii non devorant, & in tua
Non invehuntur sponte delicta acrius.
Qui literas amat, ille amat quoque corrigi.
Germanicæ non loquitur ulli æqualium,
Verbis Latinis ac locutionibus
Animi latentem sedulus sensum explicat.
Epistolas quas jussus es componere,

A 49

Fac pro

Fac præstituto semper afferas die.
Nam scritione plurima nisi stylum
Exerceas, ac scripta corrigi sinas,
Omnem laborem frustra, oleumq; insumis
Dimissus ē ludo, vias per publicas, (ris.
Aedes tuorum non lasciviens pete.
Quod sol diei, hoc est puerū modestia.
Si quis senex sit aut senator obvius
Tibi, aut minister verbi, honestāve fœmina,
Decede de via, atque humilis nuda caput
Domi parentum, quiq; corum sunt loco,
Mandata strenue atq; dextrē perfice,
Non ociosos perde negligens dies.
Iactura nulla maior est quam temporis.
Quin à magistro, dicta seu de moribus,
Seu literis inscribe pectori memor.
Non sit tibi ulla cum altero discordia.
Nefas nocere, vel malis, ingens puta.
Patiare potius, quam facias injuriam,
Sin forsitan illam quis prior tibi intulit
Aut perfer, aut si major atque indignior
Quam ferre debeas, eam ad tuos refer,
Homini æquus ipsi, verum iniquus criminis
Tu verbera nullum, nec ulli irascitor.
Nullum execrare optando quid damni aut
Amore fraterno sed omnes dilige. (mali,
Commertium hominum vita in primis impro-
Aliena fraude viq; aperta non rape. (būm.

Restitue

Restitue si quid invenis domino suo;
Ne quid tamen perdas tuorum, sedulō,
Vestes, libros, & quicquid est, custodias.
Nunquam superbo pectoris fastu tumens,
Crepans inanes arroganter glorias,
Præpone te alijs, neminemque despice.
Ne mentiaris, friuolas odit Deus.
Vera audi, amaq; vera .vera dico,
Nihil est amore veritatis pulcrius.
Latere nullum facinus occultum puta,
Et liber omni quamvis arbitrio locus,
Tamen verere ubique præsentem Deum.
Oculi vident notantq; cuius omnia.
Sed nec loquaris aliquid, unquam obscenius,
Nec enim proteruē facere quid, solum est scelus,
verum loqui etiam turpia & quæ non decent
Tace igitur, aut sit sermo de rebus bonis,
Raros silere, lingua multos perdidit.
Ne riseris cum nulla risus causa sit,
Nec in iocosis sis Timon aut Socrates.
Non brevibus atque dissolutis vestibus
Incede, uti miles atque venator solent,
Sit apta tunica, calceus, decens toga,
Qualis modesto, & non superbo convenit,
Lusus malorum originem fuge otanium.
Vita choreas, & loca turpidinis.
Cerere atque Baccho temperanter utitor,
Luxuria vires mentis atque corporis

A se.

Frangis,

Frangit, venenum Colchicis nocentius.
Vbicunque crapula regnat, virtus exultat.
Æstate, aqua caue lauare frigida,
Ne plurimis quod contigit, vitam miser
Summersus undis, finias turpissime.
Atque ut brevi tibi retexam singula.

Reverere dictis, factis omnibus Deum,
Vitamq; sic totam instrue, ut ne præbeas
Ansam invidis calumniandi, aut improbis.
Neve unius culpa audiant omnes male.
Tibi impera ipse, ad resq; honestas erige
Sensus jacentes, parte meliore utere (mos
Mentis. Quod enim videmus, cheu, pluri-
Mæchos, homicidas, helluones, belluas,
Non est magistri culpa, non semper patris,
Sed mentis atque perditivis ingeni,
Ætate fruere, quæ cito cursu fugit
Nec ulla segnis aut iners eat dies,
Sed usque studiis deditus vaca bonis.
Sic fiet ut laudem & perennem gloriam
Bonis feras in literis, nec non opes
Tibi compares quas nullus eripit dies.
Nam cuucta pereunt, sola perpetuo manent
Expertia necis, mentis atque animi bona,
Quin ipse qui ad se se jubet pueritiam
Primis venire Christus ab incunabulis.
Aderit fauore, ut inter illustres viros,
Sic utilis patriæ atq; Ecclesiam Dei,
Quies & eruditione & moribus.

NICOLAI

NICOLAI BORBO-

NII CARMEN DE MORIBVS PVERORVM.

Glaetor. me in sitiere
Estio præceptis formare salubribus oës,
Præcipue pueros: Christe benignus ades.
O pueri, gens chara mihi, mea maxima cura.
Quæ sit consilij, discite, summa mei.
Huc intenti animis præsentibus ora tenete,
Pauca loquar, sed quæ vos meminisse juvet.
Surgite mane citi, precibusq; ex corde profectis,
Recta illuma, qui vos finxit, adite patrem.
Orate, ut puros macula vos servet ab omni,
Atq; sua faciat vascula digna domo.
Os aquula, & dentes, oculiq; manusq; laventur
Cæsarie compta, cultaq; vestis eat.
Sic tamè, ut vestro in cultu modus adsit, ab omni
Mollicie, & luxu vos procul esse volo
Otia vitantes cum certa vocaverit hora,
Haud mora, adorandæ tecta subite scholæ.
Gymnasium ingressus, si quis me ex more salutet
Idq; verecundo factitet ore, probo.
Et condiscipulos salvere jubere, putamus
Esse pius, nam sic conciliatur amor.
Sanctus amor, multos qui corpus jūgit in unum,
Cujus pars Christus corporis, imo caput.

Nolite
Senecta a exordi, largè literarum actione su
dictq; xiel a descendit noluptate, & nacando

Nolle in cætu sedes ambire supremas,
Elatos animos deiicit ira Dei.

At qui submittunt sese, his se spiritus almus
Ultro offert, hos non morte perire sinit.

Quare, qui inter vos sibi maximus esse videtur,
Sit minimus, gaudens inferiore loco.

Charta, atramentū stylus, et liber, arma vocetur,
Quēis ego discipulos nolo carere meos.

Si quid dictamus, chartæ mandate fideli,
Nesit in oblitos nostra querela minax.

Scribite, sed recte, & nitide, signisq; notate
Omnia, quæ prosint, vosq; labore levent.

Vt perrara avis est, sermo concinnus, & oris
Gratia: sic pueri pingere docta manus.

Sæpe regustantes audita, revolvite mente:
Qui cessant, languent, proficiuntq; parum:

Nunc hos, nunc illos, si quid dubitatis, adite.
Consulite intervos: sic quoq; crescit amor,

Auribus arrestis, aliquid dum prælego, cordi
Figit, quæ post sit non tenuisse dolor.

Sic loquitur secū ingenuus puer omnis, & ardens
Ni memor esse velim, quid didicisse juvat?

Quid tā difficile est, quod nō cura improba vin-
Currite, currentes præmia certa manent, (cat?

Christus, qui vera est sapientia, vita saluīq;
Meta hæc vobis, propositusq; scopus.

Omnibus hic unus, summi ad penetralia cœli
Dat faciles aditus, conciliatq; patrem.

Si desit

desit pietas, est yana scientia rerum:

Si desit pietas, omnia cæca manent.

eris cum studijs indicta est hora, filete:

Obturbare alios, obstrepitare, nefas.

At prælecta mihi cum redditis, este canori,

Et prompti clauso sensa referre libro.

Seu mihi, seu cuius bene respondere roganti,

In puerō fulget non modiocre decus.

Nec nimium latos, nec tristes approbo vultus:

Est medium: virtus inter utrumq; sedet.

Qui sapiunt, fando, linguam domuere loquacem

Quod somel imbiberit testula, semper olet.

Hic mihi se campus dicendi maximus offert,

Materies tantæ fertilitatis adest.

At summa attingam rerum fastigia, donec

Plura aliæ liceat dicere, dante Deo.

Iurgia, rumores, mendacia, probra, cachinos,

Oderunt, studium qui pietatis amant.

Qui condiscipulo dicturo admiratur auri,

Ille importuno quā m nocet officio!

Prima rudimenta, & certas perdiscite leges

Grammaticas, nec vos terreat iste labor.

Aspera principio, & nimium quæ durâ videnerit

Mitigat hæc usus, sedulitasq; domat,

Gallia non Cereris, non Bacchi munera ferret,

Si, quamvis pinguem, nullus araret humum,

Sic tenerum pueri ingenium est, nisi ritè colatur

Obruitur vilijs, & sine fruge jacet.

Si senior,

Si senior, dignusq; alii quis compellat, honestū est.

Huic aperire caput, siccere sāpe genu.

Ore verecundo sic respondete rogati,

Sint ut in officio singula membra suo.

Frons hilaris, rectiq; oculi, modulata labella,

Pes stabilis, naris muncta, quieta manus.

In summa tales sint toto in corpore gestus;

Omnibus ut fiat mens generosa palam.

Noctes atq; dies ut ubiq; modestia vestra

Luceat, hoc Christus, gloria nostra, jubet.
Præterea est ratio sermonis habenda, loquendo

Nelinguæ improbula garrulitate fluat.

Nec sint, qui balbis feriant mihi naribus aures,

Quiq; tremant, stridant, & malē verba sonent.

Felix ingenium pulchras se præbet ad artes,

Calcitrat infelix, indomitumq; furit.

Sunt, admota igni quæ pono ut cera liquecunt,

Sunt, quæ durescunt pleraq; more luti.

Cerea mansuescunt puerorum pectora dictis,

At lutea his fieri mæreo dura magis.

Non nisi peccantes ferulam, virgasq; timete:

Sunt flagra apta malis, crustula danda bonis,

Orbilio soci: qui, quos lenire decebat,

Obtundunt animos, verberibusq; tonant.

Præceptor sapiens, novitq; studetq; mederi

Naturæ yitiis, & fera corda regit.

Infelix, qui sero senem se cernit inertem,

Infelix, de quo sic quoq; vulgus ait:

Huic

Huic non ingenium puerο, non cura magistri,

Non res, non tempus; defuit ipse sibi.

Tot flores, fructusq; bonos, herbasq; salubres,

Tot dat opes, fuerit si benē cultus ager.

Quid mea nunc esset, si non foret usus arandi,

Vando opera, & patriæ Lingonis ora meæ?

In sacris authorum adytis sunt abdita multa,

*Sancta*q; at his unquam nemo fruetur iners,

Est igitur vobis utriusq; peritia linguae

Quærenda, ad Musas muniet illa viam.

Vtq; duas linguas opera discatis eadem

Efficiam, vires suppeditante Deo.

Delibris: omnes vobis non esse legendos

Censeo, non omnes moribus apta docent.

Credite, nō aurū est semper quod splendet ut augū

Nec gemma est omnis qui micat arte lapis

Sunt inter Grajos permulti, interq; Latinos,

Nomina vel quorum dedidicisse velim.

Flaccus habet numeros puerili pectore dignos,

Præminent Ascræi vena beata senis.

Quis non Virgilium, quis non miretur Homerū?

Quis non flexanimam vim Ciceronis amet.

Cultus apud Crispum leni fluit agmine sermo,

Cui stylus est mira cum brevitate gravis.

Sed meruit palmam, punctumq; Teretius omnes

Tanta est eloqui copia, tantæ venus.

Præcipio, ignafis vos impartite libenter,

Siscire ex vobis, quæ didicistis, avert.

Me puerum

Mepuerum lator sic profecisse docendo,

Dicerer ut classis gloria prima meæ.

Lædere, furari, jurare, laceſſere quenquam,

In Christi famulos, abſit, ut ista cadant.

Vulpinos animos odi, fraudesq; dolosq;

Ornetur nivea simplicitate puer.

Cœlestes animi vigiles cœlestia quærunt.

Igneus est veri verus amoris amor.

Vtilis est pueris somnus, requiescite noctu,

Otia sunt tota sed fugienda die.

Sunt, qui fæbellas, nugasq; sequuntur aniles,

Spectraq; nescio quæ nocte pavere solent.

At quibus illuxit Christus, residetq; sub alto

Pectore, nil metuunt : spemq; fidemq; tenent

Cui cordi Deus est in utramvis dormiat aurem :

Sed timeat, quisquis non bené numen amar,

In nobis habitat Dominus, si credimus ipsi,

Nosq; suum corpus, nos sua templa vocat.

Fictilia hunc tantum theſaurū vascula claudunt,

Tantis per, dum nos carneā massa sumus,

Ast ubi spiritus hic mortales liquerit artus.

Tunc sibi nos junget pignora leſta Deus

Tunc illi similes erimus, tunc mundus, & Orcus,

Et caro terga dabunt ; mors quoq; vieta ruet.

Vos Deus ipſe mihi, vestriq; dedere parentes,

Non ob Grammaticen, Rethoricenq; modō.

Verum etiam ut mores sub me discatis honestos,

Eſt mihi commissi cura gerenda gregis.

Encelado

Encelado nō est mons tam gravis Aetna giganti:

Quám gregis humani fert graue pastor onus.

Vulgares linguae Germanica, Gallica, Thuisca,

Hæ tres, ò quantum commoditaris habent?

Conflata ex varijs est lingua Britannica linguis,

Pulchra tamen cultu dicitur esse suo,

Has igitur vobis discendas esse putamus,

Si tempus, si res, si pia fata sinunt.

Vos, cum tempus erit, ludendi & facta potestas.

Ludite, certantes carmine, voce, lyra.

Corpus, & ingenium reficit pila, ludus amoenus

Et trochus, & docta Sphæra rotata manu.

Fallite aves laqueis interdum, & arundine pisces

Quod vulgo dicunt, omnia tempus habent.

Hos ludos probo sed mod' est adhibēdus in illis,

Limite qui claudit cuncta decora suo.

Accipitres alere, & prædas captare volando

Retiaq; incautis ponere rara feris,

Pascere equos, acresq; canes contendere lucta,

Hastisq; & gladiis, fortibus ista placent.

Tristia nulla animis vestris assuēscite bella :

Sanguineis dirum linquite Martis opus.

Pacis amans noster Deus est, pacem ergo colamus

Nos, qui illū sequimur, iuſpicimurq; Patrem.

Filius est pacis, qui nil non candidus & quo

Fert animo, & novit qui maledicta pati

Sic dominus vult esse suos, qui mutus, & agno

Mitior, ad mortem cum rapere cur, erat.

B

Corporeæ

Corpoꝝ si quis præcellit munere formæ,

Is grave fluxuri gestat honoris onus

Forma brevi, ut flos, est casura, & plena periclis

Forma, pudorq; simul vix sine lite manent.

Formosissimum speculum iuxta ac de formibus aptum

Censuit à Phœbo preditus ille Sophus,

Hi, ne se vitiis foedent, virtutis ut illi

Se studijs ornent, ingeniumq; colant.

Et cum incomplicui sit Christus Patris imago,

Pro speculo vobis Christus utrisq; datur.

Hic toties, veluti charissima pignora, vobis

Commendat pueros, & fuit ipse puer.

Obscoenos vitate sales, & turpia verba,

Et cane scuriles pejus, & angue jocos.

Improba corrumpunt sanctos consortia mores,

Vestra pium debent verba referre salem.

Qui puer huc ad me lentæ testudinis instar

Serpit, & ad vulgi ludicra vana volat:

Ille fugit lucem Infelix, queritq; tenebras,

Et mibi dat mortis signa futura suæ.

Tempore quid, sed quid teneris preciosius annis?

Ah breve ver, ætas optima, prima fugit.

Mors nisi præveniat, puerो vicina juventa est,

Mox vir, mox senior, moxq; cadaver erit.

Infræni juvenes, lascivæq; turba, puellæ,

Et chorez, pueris sæpe dedere malum.

Exitio pueros tractata pecunia sæpe,

Exitio pueros alea sæpe dedit.

Cur multa

*Izgallæ conlatis ostendit
In fruenda gregemq; ist.*

Cur multi ante diem pereunt? cur decoquit ille

Exul hic, hic reus est, hic fugit, ille latet?

Culpa Magistrorum non est, nō tota parentum,

Naturæ genius, mens mala, caussa fuit.

Vos vice nummorum vestros versate libellos,

Hinc decus, hinc manat non mediocre lucru.

Errant, qui genitos alto se sanguine jactant,

Delpiciuntq; ortos pauperiore loco.

Qui prodelle studet cunctis, & nititur uni

Confiditq; Deo nobilis ille sat est.

Nobilis est, & stemma gerit prænobile, cuius

Aethereus scriptum nomen Olympus habet.

Qui sordet vitiis, vt lit vel ab Hectore natus,

Hunc sua nobilitas dedecorola gravat.

Sola, Dei donum, Virtus beat, hujus in ædem,

Inq; adytōn sanctus dat penetrare labor,

Hac dere è Græco memini me vertere quiddam,

Authore incerto: sic breve carmen habet.

Vt virtute nihil constat pretiosus esse:

Res ita majon's nulla laboris eget.

Nil nimium cura: modus est res optima rerum,

Sic tibi se virtus obvia sponte dabit.

Virtutem juvenis quondam memoratus adeperus

Electa Alcides asperiore via.

Ille voluptatis fallacis imagine spreta,

Egregiis factis se super astra tulit.

Nos igitur pueri, qui Christi voce vocamus.

Qui Christi populus, deliciæq; sumus.

B. 2. Nescius

*oblectamenta
eis et nos forem*

*Delicium
to Latios*

Nos cur non sequimur volueresq; alacresq; voca-
bimur Curtalem horrem, deserimusq; ducem? (tem-
perante Qui solus servare potest, qui perdere solus,
Cui pater invictum numen habere dedit?
In mensa sic vos moderatos esse jubemus,
Vt qui vos videat, judicet esse probos.
Quod satis est, edite, & sic, ut natura requirit,
Ventre calet pleno luxuriatq; caro.
Si vinum vobis apponitur, addite lymphas
Largiter, in vobis jam satis ignis inest.
Surgite, & ex animo cœlesti dicite Patri
Grates, qui solus cuncta benignus alit.
Immodicas epulas, irritamenta palati,
Quærunt, qui curam non nisi ventris habent,
Lurcones, ventres, parasiti, infamia sunt hæc
Nomina, quæ quovis stercore pejus olent.
Quantum conjicio, verbo nil verius illo est:
Quám gladio, plures interisse gula.
Hic si omnes vellem leges præscribere mensæ,
Sat mihi dicturo non foret una dies.
Recta valetudo est ingens thesaurus: in ægris
Vis animi membris nulla vigere potest.
Commissando igitur qui profligaverit illam,
Tempus erit serò, cum sapuisse volet,
De lecto dicenda forent & multa, sed unum
Hoc dicam, pueros non nisi pura decent.
In tenebris, & clam fuerint quæ turpiter acta,
Omnia sub solem proferet una dies,

Qui

Qui mundo genuere, his vos debetis honorem,
His quoq; vos iterum qui geuere Deo.
Nec minus est, animos vobis qui format, amadus
Quam qui dat miserum corpus, uterq; parens.
Nec modò natura conjunctos dicite fratres:
Invicè in uno omnes corpore membra sumus.
Cum si conciliet nos Christi sanguis, ab illo,
Qui caput est nostrum, degenerare nefas.
Et licet hæc properé vobis, atq; ordine nullo
Præcipiam, spero non nocitura tamen.
Discipulis carmen dederat de moribus antè,
Ingenio quidam tardus, & arte rudis.
Non sum ego fortassis dignus qui comparer illi:
Me pondus terræ, me nihil esse scio.
Et si illo melius nihil hic egisse videbor,
At volui certe, sit voluisse satis.
Hæc ego, vos prop ter, sacris è fontibus hausi,
Tam pius est in vos, tam meus acer amor.
In vobis donec Christus formetur IESVS,
Hunc cardens animum solicitude coquit.
Hic finem nondum facerem, prolixior esset,
Si sineret capitis dicere plura dolor.
Ora, piis ut me precibus, votisq; juvetis,
Ne Deus huic animo robur, opemq; neget.
Este mei memores, Dominus vos servet IESVS
Semper, & eiusdem dextera sancta regat.

FINIS.

PARAENE-

PARAENESIS DE OFFICIO PII, ET DILIGEN- TISS CHOLASTICI.

MANE postquam é lecto surrex-
erit studiosus adolescens , &
manus ac vultum lavit , Deoq; 4.
diz exor- se per suas preces commendavit ; alaci-
dienda. animo ad musas studiaque sua accedat :
& lectiones constitutas quas vel audivit
antea, vel paulo post auditurus est, gna-
va ac diligeti adhibita meditatione cog-
noscat: operamque det ut negocium, in
quo versatur, quantum in ipso est, peni-
tus intelligat. Legeret enim & non intel-
ligere , negligere est.

Cum verò est in Scholam ingressus
2. schola. (quod cum magna fieri modestia debet)
verbis a cori præceptoris sui totus sit in-
tentus: ut non corpore solum , verum-
etiam animo videatur esse presens. Si
quid à præceptore memorabile & pul-
chrum atque elegans vel dictum velex-
plicatum vel lectū fuerit, chartæ id atque
memoria commendare debet: in primis
que videat ne quid pereat forte, quod
olim utile esse possit.

Mores ingenuos ac liberales non a-
ngenui. grestes ac turpes præ se ferat ; ab ineptis
nugis,

nugis, ab inepta scurrili, à ridiculis con-
fabulationibus sedulō abstineat.

Nam per hæc , mores innocentes ve-
hementer corrumpuntur ; & malè ista
juvenem studiosum aliis commendant.

Non sit ineptus loquax : sed ita se
totus gerat, ut nec dicto ullo, nec facto 4. lingua
nec signo vel condiscipulos suos vel præ-
ceptorem vel alium quemvis molestet
atque offendat.

A Magistro aliqua de re sententiam
rogatus , modesté cum Prudentia qua-
dam & ratione gravi respondeat. Si
quid attulit quod rei convenenit, non
sibi ipsi sed Deo acceptum ferendum ar-
bitretur. Nam ab eo omnia bona tan-
quam à fonte quodam perenni demanat
Sic verò minus commode sel ocutum
esse sentiat, majore postea diligentia au-
scultet, ut non solùm attentus ad audiendū
verum etiam avidus ad discendum
esse deprehendatur.

Nec sciscitari si quid dubitabit : nec
moneri si quid errabit; nec doceri, si quid
ignorabit, sit pudor. Si libido eum sua ac
petulantia vexare, & calio rapere incipiet
sibi ut possit ipse imperare, & moderari
affectionibus suis, assuescat. Neque sibi
6. modes
rīz,

B 4. inter

5. respon-
dendi
modestia

inter legendum vagari animum & in di-
versas partes distrahi patiatur, id enim
ingenii vim & acumen valde atterit &
obtundit,

7.
Latinę
linguae
exerciti-
um.

8. con-
versatio. In Schola si anim adverterit
quædam fœlicia & gnava ingenia, iis af-
fuescere & inniti, eaq; imitari atq; expri-
mere conetur.

9. Do-
mesticus conferat, Post lectionem si quid obse-
labor. qui vel parentibus, vel iis qui parentum
loco sunt attributi, præstandum est, id li-
benter & sedulò exequatur.

10. Repe-
titio le-
ctionum
privata. Quod si vero vacuus est atque so-
litus ab aliis negociis, id agat, quod pro-
prié sui officii est: reperat lectiones, se-
que scribendo, legendo, ediscendo, me-
ditādo studiosē exerceat, ut benè singu-
las horas collocet. Nam in vita nihil est
recio-

preciosius tempore: quoniā & lubricum
valde est & transit citissimē: & revocari,
cum semel præteriit, nunquam potest.

Dies ergo nullus abeat, in quo non 11. Finis
aliquid adjiciat studiosus juvenis ut do-
ctior fiat & melior. Nam eloquentiæ
studere tantum ut doctiores evadamus:
non pietati, ut simus probiores: id verō
dia bolorum immanium naturas est imi-
tari, non, pii diligentisq; discipuli offici-
um præstare.

Vt autem studiosus puer aliquid in 12. Ordo
diebus singulis proficiat & non deficiat,
multum interest quo utatur & ordine &

diligentia in studendo. Nisi enim ordi-
nem bonum adhibeas & industriam con-
stantem, frustra ingenium periclitaberis

tuum. Quare pro lectione quo- 13. Pensū
tidiana pensum diurnum ex auctori- diurnum
tate & judicio boni Præceptoris præscri-
ptum, adolescens fixum habeat: neque
prius somno indulgeat, antequam illud
absolverit, & si quid interdiu omissum
de penso est, multā sibi propter negle- Vesper-
tinum
studium.

Singularem parit quoque ea res uti-
litatem, si quis vesperi antequam cubi-
tum se conferat, memoria repetat ea,

B. s. quæ

quæ per illum diem totum legit audivit didicit. Id quod Pythagoras assiduè fecisse scribitur, qui nunquam suum cubiculum adiit, nisi prius sibi ipse probabilem rationem reddidisset earum rerum omnium in quibus interdiu operam suam studiumq; collocasset.

15.
Preces. Quemadmodum verò diem à precatione auspicatus est puer: ita eundem cum oratione claudat. Per preces enim, labores per se quasi mortui à Deo vitam suam accipiunt. Et breviter, ut studiuss talis sit, qualis esse debet, ea quæ subsequuntur fideliter retineat, & curiosé semper observet.

Pietas Pietatem in primis declarat atq; exerceat erga Deum, erga parentes, erga patriam, erga patrīc cives.

2.concordia. Cum fratribus amicis, condiscipulis, propinquis, concordiam, pacem, tranquillitatem, familiaritatem, quantum potest, colat ac foveat.

3.diligentia In studiis diligentiam, labores, meditationes non fugiat: ab otio autem molli, à voluptatibus caducis, ab ineptiis il-liberalibus longissimè absit.

4.fuga otii. 5.vita honesta In reliqua vita justitiam, honestatem caritatem, verecundiam, continentiam, veritatem

veritatem, cādorem, humanitatem, modestiā, comitatē erga omnes declarat.

Sic eveniet ut brevi temporis spa- 6. Effecta cio, in Virum religiosum, doctum uti- harum lem & liberalem evadat; qui Deo gra- virtutū, ta, Ecclesiae utilia, patriæ salutaria & finis sibi ipsi maximē fructuosa,

per omnem vitam suam, dicere ac facere queat.

F I N I S.



SENTENTIAE

SENTENTIAE CICE-

RONIANAE, INGENIIS, MORI-

bus atq; studiis puerorum
recte informandis peru-
tiles, ac necessarie.

1. PHILOSOPHIA.

OVitæ Philosophia Dux, ô virtutis inda-
gatrix, expultrixque vitiorum, quid non
modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse
potuisset? Tu urbes peperisti, tu dissipatos homi-
nes in societatem vitæ convocasti. Tu eos inter-
se primo domiciliis, deinde conjugiis, tum litera-
rum & vocum communione junxisti. Tu inven-
trix legum, tu magistra morum & disciplinæ
fuisti. Tu vitæ tranquillitatem largita nobis es.
& terrorem mortis sustulisti. *s. Tusc.*

Plato tum deniq; fore beatas Resp. putavit, si
aut docti, aut sapientes homines eas regere cœpi-
sent: aut qui regeret, omne suum studium in doc-
trina ac sapientia collocassent. Cice. Q. fratri..

2. LITERAE.

Literarum studia adolescentiam alunt, sene-
tutem oblectant, secundas res ornant, adversis
perfugium ac solatium præbent, delectant domi-
non impediunt foris, pernoctant nobiscum pere-
grinantur, rusticantur: quod si ipsi neque attinge-
re neque

re, neque sensu nostro gustare possumus, tamen
ea mirari debemus, etiam cum in aliis videamus
Pro Archia Poëta.

Literæ discuntur facileſi & tantum sumas, quan-
tum opus sit, et scias ipſe etiam discere: ita ut faci-
lis usus doctrinā confirmet, mediocris opera tri-
buatur, memoria, studiūq; permaneat. *3. de Ora.*

Multi sunt, qui desperatione de bilitati, ex-
periri id nolunt, quod se assequi posse diffidunt:
sed par est omnes omnia experiri, qui res magnas
& magnopere expetendas concipiunt. Quod
si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenii
vis deficiet, aut minus instructus erit magnarum
artium disciplinis: teneat tamen eum cursum
quem poterit, Prima enim sequentem, ho-
nestum est in secundis, tertiusque consistere,

3. ANIMI DONA.

Si quis est hoc robore animi atque hac indole
Virtutis ac continentiaz, ut respuat omnes volup-
tates, omnemq; vitæ suæ cursum in labore cor-
poris, atq; in animi contentione conficiat, quem
non quies, non remissio, non æqualium studia,
non ludi, non coniuia delectent: nihil in vita
expetendum putet, nisi quod est cum laude &
honore, & cum dignitate conjunctum. hunc mea
sententia divinis quibusdam bonis instructum
atque ornatum puto. *Pro. M. Cæl.*

Tria sunt genera bonorum: maxima, animi:
secunda,

Secunda, corporis : extrema, tertia. 3. Tusc.

Alia sunt in homine optanda, alia laudanda. Genus, forma, vires, opes, divitiae, &c teraque, quae fortuna dat, aut extrinsecus, aut corpori, non habent in se veram laudem, quae deberi uni solum virtuti putatur, sed tantum quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maximè ceretur. 2. de Orat.

4. INGENIVM ET NATVRA NOSTRA EXPLORANDA.

Ad quas artes aptissimi erimus, in iis potissimum labora bimus: si aliquando necessitas nos ad ea detulerit, quae nostri ingenii non erunt, omnibus adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decorat quām minimē in decorē facere possimus. Nec tam nobis enitendum est ut bona quae nobis data non sunt, sequamur, quām ut vicia fugiamus, 1. Off.

5. PRAECEPTORES

Nullum munus Reip. asserre majus, meliusve possumus, quam si doceamus atque erudiamus juventutem, iis praesertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrananda, atque coercenda sit. 3. de Divinat.

Nemo est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui atque doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipse altus aut dominus est, cum grata recordatione in mente versetur. Pro

tur.

Pro Planc.

6. INSTITV TIO.

Vt equus indomitus, quamvis natura bene compositus sit, idoneus non potest esse ad easuitates, & aptus ad ea quae desiderantur ab equo: sic homo indoctus, quamvis ingeniosus, ad virtutem non potest pervenire. 4. ad Heren.

Vt agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur sic animi non omnes culti fructum ferunt.

2. Tusc.

7. MEMORIA.

Rerum omnium thesaurus memoria: quae nisi custos inventis, cogitatibusq; rebus & verbis adhibetur, intelligimus omnia, etiam si præclarissima fuerint, in oratore peritura. 1. de Orat.

8. DILIGENTIA.

Diligentia in omnibus rebus plurimum valet hæc præcipue colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est, quod non assequatur: qua una virtute omnes reliquæ virtutes continentur, 2. de Orat.

In omnium disciplina, infirma est artis præceptio sine summa assiduitate exercitionis.

3. ad Herenn.

Omnium rerum principia parva sunt, sed suis progressionibus usq; augmentur. 5. de Finib.

Dolere se ajebat Demosthenes, si quando opificum antelucana vietus esset in dustria. 4. Tusc.

4. LEC-

9. LECTIO BONORVM AVCTORVM.

Vt cum in sole ambulamus, etiam si aliam ob causam ambulemus, sit naturâ tamen ut coloremur: siccum doctorum libros studiosius legimus, sentimus orationem nostram illorum cantu quasi colorari. 2, de Orat.

10. RATIO.

Societatis humanæ vinculum, est ratio & oratio, quæ dicendo, communicando, disceptando, judicando, conciliat inter se homines, conjungitque naturali quadam societate. Neque ulla re alia absumus à natura ferarum. 1. Off.

11. ADOLESCENTIA.

Studia quæ sunt in adolescentia tanquam in herbis significat, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriaæ sunt futuræ. Pro. Cælio.

Vt adolescentibus bona inde cle præditis sapientes senes delectantur, leviorq; sit eorum senectus, qui à juventute coluntur & diliguntur: sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur. Cato Major.

12. BONA ANIMI, CORPORIS ET FORTVNAE.

Vti Citharœdus cum prodierit optimè vestitus pallâ inaurata indutus, cum chlamide purpurea coloribus variis intertexta, & cum corona aurea magnis fulgētibus gemmis illuminata, citharam tenēs exoruatissimam auro & ebore distinctam:

ipse

ipse præterea forma & specie sit, & statura apposita ad dignitatem: si tum magnam populo commoveat his rebus expectationem, repente silentio facto vocem emitat acerbissimam, cum turpissimo corporis motu: quo melius ornatus sit, & magis fuerit expectatus, eò magis derisus & contemptus dejicietur.. Item si quis in excelsō loco & in magnis & in locupletibus copiis collatus, fortunæ muneribus & naturæ commodis omnibus abundabit, si virtutis & artium (quæ virtutis magistræ sunt) egebit, quò magis ceteris rebus erat copiosus & illustris & expectatus, eò vehementius derisus & contemptus, ex omni conuentu bonorum ejicietur. 4. ad Herenn.

13. APPETITVS.

Efficiendum est ut appetitus rationi obediant, eamq; neq; præcurrant, nec propter pigritiā & ignaviam deferant, sintque tranquilli, atq; omni perturbatione animi careant: ex quo elubet omnis constantia, omnisq; moderatio. 1. Off.

14. LIBERTAS.

Libertas est potestas vivendi ut velis. Is vivit ut vult, qui recta sequitur, qui gaudet officio cui vivendi via considerata atque provisa est: qui ne legibus quidem propter metum paret, sed eas sequitur atque colit, quod salutare maximè judicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter ac liberé: cujus omnia consilia,

C. resque

resque omnes quas gerit, ab ipso proficiscuntur: eodemq; feruntur: nec est ulla res quæ plus apud eum polleat, quám ipsius voluntas atque judicium. Cui etiam fortuna ipsa cedit.

Parad. penult.

15. LEGVM DIGNITAS.

Omnia quæ præclara sunt quæq; augusta, & per quæ Civitas decoratur & conservatur, liberorum erga parentes observantia, juvenum erga natu majores reverentia & moderatio, legum additamento & ope turpitudinem, immodestiam, audaciam, im prudentiam fugiant. Ex Orat. Demest. 1. contra Aristog.

Duas ob causas omnes feruntur leges, tum ut nemini quicquam injusti liceat agere, tum ut iis qui isthæc transgressi sunt suppicio affectis, cæteri meliores efficiantur. Ex Orat. 1.

Demosth. contra Aristog.

16. VIRTVS.

Eos viros, quorum vita perspecta est in rebus honestis atque magnis, & bené de Repub. sentientes, aut aliquo honore & imperio affectos observare & colere solemus. 1. Off.

Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi, nec surripi potest, neque naufragio neque incendio amittitur, neque tempestatum neque temporum permutatione mutatur: qua prædicti qui sunt, soli sunt divites: soli enim possident res & fructuosas

fructuosas & sempiternas: solique (quod est proprium divitarum) contenti sunt rebus suis. Satis esse putant quod est: nihil appetunt, nulla regent, nihil sibi de esse sentiunt, nihil requirunt. Parad. penult.

Vt pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipso quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt: sic decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum quibuscum vivitur, ordine & constantia, moderatione omnium dictorum atq; factorum. 1. Off.

Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat, si quisq; id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset. 2. Off.

17. VIRTUTIS STUDIVM.

Ea magna voluptas est, æqualem ac parem verbis vitam agere: atque ita vivere, ut omnis oratio moribus consonet. Cic. in Sall.

18. DIGNITAS HUMANITATIS.

Hominum duo sunt genera: alterum indoctum & agreste, quod antefert semper utilitatem honestati: alterum expolitum, quod sebus omnibus dignitatem anteponit.

Itaque huic generi Laus, honos, gloria, fides, Iustitia omnisque virtus: illi autem alteri, quæltus emolumendum, fructusque proponit, atque etiam voluptas quæ est maximæ

C 2. inimica

inimica virtuti, boniq; naturam fallaciter imitādo adulterat: quam immanissimus quisq; acer-
time sequitur, neque solum honestis reb. sed eti-
am necessariis anteponit. In Part. Orat.

Sunt ex terra homines, non ut in colæ atq; ha-
bitatores, sed quasi spectatores superarum rerum
atque celestium, quarun spectaculum ad nullū
aliud genus animantium pertinet. Sensus autem
interpretes ac nuncii rerum, in capite tanquam in
arce, mirificè ad usus necessarios & facti & collo-
cati sunt. Nam oculi tanquam speculatores, al-
tissimum locū obtinent, ex quo plurima conspi-
cientes fungantur suo munere. Etaures, cum
sonum percipere debeant, qui natura in su blime
fertur, recte in altis corporum partibus colloca-
tæ sunt. Itemque nares, eò quod omnis odor
ad supra fertur, recte sursum sunt: & quod cibi
& potionis judicium magnum earum est, non si-
ne causa vicinitatem oris secutæ sunt.
Iam gustatus, qui sentire eorum quibus vesci-
mūr, genera deberet, habitat in ea parte oris,
quam esculentis & poculentis iter natura patefe-
cit, ^{frons} Tactus autem toto corpore æquabiliter
fusus est, ut omnes ictus, omnelq; nimios & fri-
goris & caloris appulsus sentire possimus. Atq;
ut in ædificiis architecti avertunt ab oculis nari-
busque dominorum, ea quæ profluentia necessa-
riæ tertiæ essent aliquid habitura, sic natura res si-
miles

miles procul amandavit à sensibus. Adde quod
ipsa natura primum oculos membranis tenuissi-
mis vestivit & sepsit, quas primum perlucidas fe-
cit, ut pereas cerni posset: firmas autem, ut con-
tinerentur. Sed lubricos oculos fecit & mobiles,
ut declinarent, si quid noceret, & aspectum quod
vellent, facile converterent. Nasus ita locatus
est, ut quasi murus oculis interjectus esse videa-
tur. Auditus autem semper patet: ejus enim
sensu etiam dormientes egemus: à quo cum so-
nus est acceptus, etiam à somno excitamur.
Flexuosum iter habet nequid intrare possit, si
simplex & directum pateret. Provisum etiam,
ut si qua minima bestiola conaretur irrumpere,
in sordibus aurum tanquam in visco in hæresce-
ret, Quam verò aptas manus, quāmque mul-
tarum rerum ministras natura homini dedit &c.
z. de Nat. Deor.

Semper in promptu habere debemus, quantū
natura hominis pecudibus, reliquisq; bestiis an-
tecillat. Illæ enim nihil sentiunt nisi volunta-
tem, ad eamque feruntur toto impetu. Homi-
nis autem mens discendo alitur, & cogitadosem-
per aliquid aut inquirit, aut agit, videndiq; aut
audiendi delectatione dicitur. I. Off.

Si considerare volemus quæ sit in natura ho-
minis excellentia et dignitas, intelligemus, quām
sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac mollite-

vivere: quāmque honestum parcè, continenter,
severè, sobriè. 1. Off.

Si quis est hoc robore animi atque hac indole
virtutis ac continentiae, ut respuat omnes volu-
ptates, omnemq; vitæ suæ cursu in labore corpo-
ris, atq; in animi contentione conficiat, non quies
non remissio, nō æqualium studia, non ludi, non
convivia delectent: nihil in vita experedium' pu-
tēt, nisi quod est cum laude & honore & cum di-
gnitate conjunctum: hunc mea sententia divinis
quibusdam bonis instructum atq; ornatū puto.

Pro M. Cælio.

Altè spectare si voles, atq; hanc sedem & æter-
nam domum contueri, neque sermonibus vulgi
dederis te, nec in præmiis humanis spem posueris
rerum tuarum, suis te ille cœbris oportet ipsa vir-
tus trahat ad verum decus. Somn. Scip.

19. GRATITVDO.

In referenda gratia, si modo Hesiodo credi-
mus, debemus imitari agros fertiles, qui plus
multo adferunt, quām acceperunt. Etenim
si in eos quos speramus nobis profuturos, non
dubitamus officia conferre, quales in eos esse de-
bemus qui jam profuerunt. 1. Off.

20. REVERENTIA ERGA SENES.

Est adolescentis maiores natu vereri, exq; his
deligere optimos & probatissimos quorū consi-
lio & autoritate nitatur: ineuntis enim ætatis in-
scitia senū cōstituenda & regenda prudentia est.

1. Off.

21. CONTINENTIA.

Si considerare velimus, quæ sit in natura ho-
minis excellētia & dignitas, intelligemus quām
sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac molliter
vivere, quamq; honestum parcè, continenter, se-
uerè, Sobriè. 1. Off.

Tantum cibi & potionis adhibendum est, ut
reficiantur vires, non opprimantur. Cato Major.

Omnium perturbationum fons est in tempe-
rantia, quæ est à tota mente, etiam à recta ratione
defectio, sic aversa à præscriptione rationis, ut nul-
lo modò appetitiones animi nec regi, nec conti-
neri queant. 4. Tusc.

22. CONSILIVM.

Ad rem gerendā qui accedit, caveat ne id mo-
dō cōsideret, quām illa res honesta sit, sed etiā ut
habeat efficiendi facultatē: in quo considerandū
est illi, ne aut temerē desperet propter ignoriam,
aut nimis confidat, propter cupiditatem. In o-
mnibus autem negotiis prius quām aggrediare,
adhibenda est præparatio diligens. 1. Off.

Non est incommodū ex aliis judicare: ut si quid
dedebeat in aliis, vitemus & ipsi: fit enim nescio
quomodo, ut magis in aliis cernamus, quām in
nobis met ipsi si quid delinquitur. 1. Off.

Ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt
adhibere homines doctos debemus, vel etiam,
usu peritos: & quod iis in unoquoq; officii gene-
re placeat exquirere. 1. Off.

C 4.

23. FAMA

23. FAMA HONESTA.

Est hominis ingenui & liberaliter educati, velle benē audire à parentibus, à propniquis, à bonis etiam viris, & futuræ postmortem famæ, etiam detracto usū, consulendum est. 3. de Finib.

24. SERMO.

In primis provideamus, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus: quod maximè tum solet evenire, cum studiosé de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut severé, aut maledicē, contumeliosèque dicitur. 1. Off.

Difficile est dictu, quantoperé conciliet animos hominum comitas, affabilitasque sermonis

2. Off.

25. MODERATE DE NOBIS IPSIS SENTIENDVM.

Minimè sibi quisque notus est, & difficillimè de se quisque judicare ac sentire potest. 3. de Orat.

Vt verecundius ipsi de se omnes scribant necesse est, si quid est laudandum: & prætereat, si quod reprehendendum est: accedit eiā ut minor sit fides, minor authoritas. Cic. L, Lucejo. Fam. 5.

26. VIR BONVS.

Vir bonus est qui prodest quibus potest, nōget autem nemini. 3. Off.

27. DIVES.

Eum intelligimus divitem cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit qui-

fit, qui nihil querat, nihil appetat, nihil optet amplius. Parodox. Vlt.

28. AMICITIA.

Nihile est quod tam attrahat & alliciat ad amicitiam, quam similitudo, qua fit ut bonos boni diligant & asciscantq; sibi quasi propinquitate coniunctos atq; natura. Nihil est enim appetentius similiūm sui, nihil rapacius quam natura. Hinc constat bonos inter bonis quasi necessariam benevolentiam esse. In Lælio.

Amici novi veteribus non sunt anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere solemus. Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum satietates: veterima quæq; esse suavissima debent. Novitates tamē non repudiantur: vetustas autem suo loco conservetur. In Læl.

Amicitiae, consuetudines, vicinitates, quid habeant voluptatis, carendo magis intelligimus, quam fruendo. Ad Quir. post Redit.

29. ADVERSA.

Omnis cum secundæ res sunt, tum maximè se cum meditari oportet quopacto adversam eorumnam ferant. 4. Tusc.

Homines nos esse meminerimus ea legē natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: neq; esse recusandum, quó minus ea, quanati sumus, conditione, vivamus, néve tam graviter eos casus feramus, quos nullo consilio vita-

C 5. re possu-

re possumus: eventisque aliorum memoria repe-
tendis, nihil accidisse novi nobis cogitemus.

Cic. Titio. Fam. 5.

30. VOLVPTAS CONCESSA.

Cum juvenes relaxare animos, & dare se iu-
cunditati volent, caveant intemperantiam, me-
minerint verecundiæ. 1. Off.

Ludo & joco uti illis quidem licet, sed sicut
somno & quietibus cæteris, tum quum gravi-
bus, seriisq; rebus satisfecerimus. Ipsumq; genus
jocandi ingenuum & facetum esse debet, nō pro-
fusum, nec immodestum, sed semper in ipso joco
aliquid probi ingenii lumen eluceat. 1. Off.

OMNIS TVRPITVDO

FVGENDA.

1. CONSuetudo PECCANDI.

O consuetudo peccandi, quantam habes jucun-
ditatem in improbis & audacibus, cum pœna ab-
fuit, & licentia consecuta est. 5 in Verr.

2. VOLVPTATES TVRPES.

Fieri non potest, ut animus libidini deditus,
amore, desiderio, cupiditate, copia, inopia etiam
nō nunquam impeditus, literis operam dare pos-
sit. Nec est alia causa, cur in tantis præmiis elo-
quentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude,
tanta gloria, tanto honore tam sint pauci, semper-

que

que fuerint, qui in hoc labore versarentur. Omis-
tendæ enim sunt omnes voluptates: relinquen-
da studia delectationis, ludus, jocus, convivium,
sermo etiam pené omnium familiarium deseren-
dus: quæ res, in hoc genere homines à labore, stu-
dioque deterret. Pro M. Cælio.

Nulla capitalior pestis, quam corporis volup-
tas hominibus à natura data est: hinc patriæ pro-
ditiones, hinc rerumpub. eversiones, hinc cum
hostibus clandestina colloquia nascuntur. Nullum
denique scelus, nullum magnum facinus est, ad
quod suscipiendum nō libido voluptatis impel-
lat: stupra verò & adulteria, & omne flagitium,
nullis aliis illecebris excitantur, nisi voluptate.
Et menti nihil est tam inimicum quam voluptas:
nec libidine dominante, temperantia locus est o-
mnino, nec in voluptatis regno potest virtus con-
sistere. Quocirca nihil tam detestabile tam-
que pestiferum, quam voluptas, si quidem cum
majore est & longior, omne animi lumen extin-
guit. Cato Major.

Pleriq; propter voluptatem & parvam, & nō
necessariâ, tum in morbos graves, tum in damna,
tum in dedecora incurruunt: saepe etiam legum ju-
diciarumq; pœnis obligantur. 1. de Finib.

3. STVLTICIA.

Est proprium stulticiæ, aliorum vitia cernere,
oblivisci suorum. 3. Tusc.

4. ARRO

4. STVLTICIA.

Deforme est de se ipso prædicare, falsa præfertim, & cum irrisione audientum imitari militem gloriosum. 1. Off.

5. ALIENA CVRARE.

Fit nescio quo pacto, ut magis in aliis cernamus, si quid delinquitur, quam in nobis met ipsis. 1. Off.

Satis superque sit cuique suarum rerum cura: alienis nimis implicari molestum est. In Lælio.

6. MISER.

Præstans valetudine, viribus, forma, acerribus in tegerrimisq; sensibus, etiam si liber, velocitatem da, divitias, honores, imperia, opes, gloriam: si fuerit is, qui hæc habeat, in justus, intertemperans, timidus, hebiti ingenio, atque nullo, is erit profecto miserrimus. 5. Tusc.

7. PAVPER.

Improbi & avari quoniam incertas & in casu positas possessiones habent, et plus semper appetunt: nec eorum quisquam ad huc inventus est, cui quod haberet, esset satis, non modò non copiosi ac divites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. Parad. ult.

8. IN IVSTICIA.

Rei familiaris amplificatio nemini nocens non est vituperanda, sed fugienda semper injuria. Nam detrahere aliquid alteri, & hominem hominis

minis incommodo, suum augere commodum, magis est cōtra naturam, quam paupertas, quam dolor, quam cætera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Illud enim natura non patitur, ut aliorū spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque verò hoc solum natura, id est jure gētium, sed etiam legibus populorum quibus in singulis civitatibus Republicæ continentur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa, nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt, in columem esse civium conjunctionem. 3. Off.

9. INCOMPOSITI MORES.

Sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce ab soni, aut ita vultu, motuque corporis vasti atque agrestes, ut etiam si ingenii atque arte valeant, tamen in doctorum numerum venire non possint. Sunt autem quidam ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo Deo facti esse videantur. 1. de Orat,

Sunt qui ita literis se abdiderunt, ut nihil possint ex his neq; ad communem afferre fructum neque in aspectum, lucemque proferre.

Pro Arch. Poëta.

10. MENDACIVM.

Qui semelá veritate deflexit, hic non major relligione ad perjurium, quam ad mendacium perducit consuevit. Et quæ poena à diis immortibus

talibus perjuro, hæc mendaci constituta est.
Non enim ex pactione verborum, quibus jus iu-
randū comprehenditur, sed ex perfidia ac malitia
per quā insidiæ tenduntur alicui, di immortales
irasci ac succensere consueverunt. Pro Rosc.

II. ASSENTATIO,

Cavendū est ne assentatoribus patēfaciamus
aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile
est: tales enim nos esse putamus, ut jure laude-
mur. In, Læl.

Vt moneri proprium est veræ amiciria & alte-
rum liberē facere non asperé, alterū patienter
accipere, nō repugnanter: sic habendum, nullam
in amicitiis pestem esse majorem, quām adulati-
onem, blanditiās, assentationem, In Lælio.

III. ACCVSATOR.

Multa esse oportet in eo qui alterum accuset,
primum integratem atq; innocentiam. Nihil
est enim quod minus ferendum sit, quam ratio-
nem ab altero vitæ reposcere eum, qui non pos-
sit suæ reddere. Accusare enim debentii, qui
nullo suo peccato impediuntur, quo facilius al-
terius peccata demonstrare possint. Ex
Divin. in Verr.

Postulatur ab omnibus, ut ab iis se abstineant
maximè vitiis, in quibus alterum reprehenderūt.
surrem aliquem aut repacem accusaris: vitanda

tibi

tibi semper erit omnis avaritiae suspicio.
Maleficum quempiam adduxeris aut crudelem?
cavendumerit semper, ne qua in re asperior,
aut in humior fuisse videare. Corupto-
rem adulterum? providendum diligentur ne
quod in vita vestigium libidinis appareat.
Omnia postremo quæ vindicaveris in altero,
tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim
non modò accusator, sed ne objugator qui-
dem ferendus est is, qui, quod in altero vi-
tium reprehendit, in eo ipso deprehenditur.

S. in Verr.

IV. POENA IMPIORVM.

Sua quemque fraus, & suus error maxi-
mè vexat, suum quemque scelus agitat amen-
tiaque afficit, suæ malæ cogitationes, con-
scientiæque animi terrent. Hæ sunt im-
piis assidue, domesticæque furia, quæ dies
noctesque pœnas à sceleratissimis repetunt.
Pro Rosc. Amer.

Non ob ea solum incommoda, quæ eve-
niunt improbis, fugienda improbitas est: sed
multo etiam magis, quod cuivis in animo ver-
satur, nunquam sinit eum respirare, nunquam
acquiescere. I. de Finib.

Si impietas improbè molita quidpiam est,
quamvis occulte fecerit, nunquam tamen con-
fidat id semper fore occultum.

Plzrunq;

Plerunque enim improborum facta primus
suspicio in sequitur: deinde sermo atque fama;
tum accusator: tum judex: multi etiam ipsi
se judicant.

1. de Finib.

Uant.

14. CONSCIENTIA.

Magna est vis conscientiae in utramque partem, ut neque timeant qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccarint.

Pro Milone.

FINIS.



ORATIO

ORATIO M. T. CL.

CERONIS PRO AVLO LICINIO ARCHIA Poëta.

Si quid est in me ingenii, Iudices, Propositi, quod sentio quam sit exiguum: aut tio. si qua exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum: aut si hujusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis & disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhoruisse: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius Ratio. fructum à me repetere propé suo jure debet. Nam quo ad longissimè potest mēs mea respicere spacium præteriti temporis, & pueritiae memoriā recordari ultimam: inde usque repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiendam, & ad ingrediendā rationem horū studiorū extitisse. Quod si hæc vox hujus horatatu, præceptisq; conformata, nonnullis aliquando saluti fuit: a quo id accepimus quo ceteris opitulari, & alios servare possemus: huic profecto ipsi, quantū est sicut in nobis, & opem, & salutem ferre debemus. Ac ne quis a nobis hoc ita dici for-

D. temi-

Occupa-

tio.

Solutio té miretur, quód alia quædam in hoc fa-
occupa- cultas sit ingenii, neque hæc dicendi ra-
tionis.

Occupatio. tio, aut disciplina : nec nos quidem huic
cuncti studio penitus unquam dediti fui-
mus. Etenim omnes artes, quæ ad hu-
manitatem pertinent, habent quoddam
commune vinculum, & quasi cognatio-
ne quadam inter se continentur. Sed ne-

cui vestrūm mirum esse videatur, me in
quæstione legitima, & in iudicio publi-
co, cùm res agatur apud Prætorem
populi Romani lectissimum virum, &
apud severissimos Iudices, tanto con-
ventu hominum, ac frequentia, hoc
uti genere dicendi, quod nō modò à cō-
fuetudine judiciorum, verū etiam à
forensi sermone abhorreat: quæso à vo-
bis, ut in hac causa mihi detis hanc ve-
niā, accommodatam huic Reo, vo-
bis, quemadmodum spero, non mole-
stam: ut me pro summo Poëta, atque e-
ruditissimo homine dicentem, hoc con-
cursu hominum literatissimorum, hac
vestra h̄umanitate, hoc denique Præto-
re exercente iudicium, patiamini de stu-
diis humanitatis ac literarum paulo lo-
qui liberiūs, & in ejusmodi persona, quæ
propter ocium, ac studium minime in
judicis

Proposi-
té novo quodam & inusitato genere di-
cendi. Quód si mihi à vobis tribui con-
cedique sentiam : perficiam profectò,
ut hunc Aul. Licinium non modò non
segregrandum, cùm sit civis, à numero
civium, verū etiam si non esset, pute-
tis adsciscendum fuisse. Nam ut pri-
mū ex pueris excessit Archias, atque
ab his artibus, quibus ætas puerilis ad
humanitatem informari solet, se ad scri-
bendi studium contulit, primū Antio-
chiæ, (nam ibi natus est loco nobili, &
celebri quondam urbe & copiosa, at-
que eruditissimis hominibus, libera-
lissimisque studiis affluent) celeriter
antecellere omnibus ingenii gloria con-
tigit. Pòst in cæteris Asiaz partibus,
cunctæque Græciæ, sic ejus adventus ce-
lebratur, ut famam ingenii expectatio
hominis, expectationem ipsius adven-
tus admiratiōque superaret. Erat tum
Italia plena Græcarum artium ac disci-
plinarū studiāque hæc & in Latio ve-
mentiūstum colebantur, quām nunc iis-
dē in oppidis, & hic Romæ propter trā-
quillitatē Reipublice nō negligebantur.
Itaq; hūc & Tarētini & Rhēgini & Nea-

D. poli-

Tarētini
Rhegini
Nea-

politani, civitate cæterisq; præmiis do-
nârunt, & omnes qui aliquid de ingeniis
poterat judicare, cognitione atq; hospi-
tio dignum existimârunt. Hac tanta ce-
lebritate famæ cùm esset jam absentibus
notus, Româ venit, Mario cōsule & Ca-
tulo. Nactus est primùm Consules ejus-
modi, quorum alter res ad scribendum
maximas, alter cùm res gestas, tum eti-
am studium atq; aures adhibere posset.

Pathos. Statim Luculli, cùm prætextatus etiam
tum Archias esset: eum in domum suam
recepérunt. Sed enim hoc non solum in-
genii ac literarum, verùm etiam naturæ
atque virtutis fuit, ut domus, quæ hujus
adolescentiæ prima fuit, eadem esset fa-
miliarissima senectuti. Erat temporibus
illis jucundus Q. Metello illi Numidico
& ejus pio filio: audiebatur à M. Aemi-
lio, vivebat cum Quin. Catulo, & patre
& filio, à Lucio Crasso colebatur: Lucul-
los verò & Drusum & Octavios & Ca-
tonem, & totâ Hortensiorum domum de-
vinctam consuetudine cùm teneret, ad-
ficiébatur summo honore, quod eum nō
solum colebant, qui aliquid percipere,
aut audire studebant, verùm etiam si qui
foite simulabant. Interim satis longo in-

tervallo cùm esset cum Lucullo in Sicili- Minor.
am profectus, & cùm ex ea provincia cù
eodem Lucullo decederet, venit Hera-
cleam, quæ cùm esset civitas æquissimo
jure ac fœdere adscribi se in eam ciuita-
tem voluit: idque cùm ipse per se dignus
putaretur, tū authoritate & gratia Lu-
culli ab Heracliensibus impetravit. Da-
ta est civitas Syllani lege & Carbonis, si
qui fœderatis civitatibus ad scripti fuis-
sent: si tum cù lex ferebatur in Italia do- Pars mi-
miculum habuissent, & si sexaginta die- noris'
bus apud Prætorē essent professi. Cùm Epilo-
hic domiciliū Romæ multos jam ātea an- gus nar-
nos haberet, professus est apud prætorē rationis.
Quintum Metellū familiarissimum suū. Proposi-
Si nihil aliud nisi de civitate ac lege dici-
mus, nihil dico amplius, causa dicta est. matio-
Quid enim horū infirmari Grache po- nis. Confir-
teit? Heracleæne esse eum adscriptū ne-
gabis? Adeſt vir summa authoritate & re
ligione & fide Marc. Lucullus, qui se nō
opinari, sed scire: non audivisse: sed vidis
se: nō interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt
Heraclenses Legati nobilissimi homi-
nes hujus judicij causa, cum mandatis &
cum publico testimonio venerunt, qui
hunc adscriptum Heraclensem dicunt.

D 3. Hic

Hic tu tabulas desideras Heracliensium
publicas, quas Italico bello incenso tabu-
lario interiisse scimus omnes. Et riducu-
lum, ad ea que habemus, nihil dicere,
quærere quæ habere non possumus: &
de hominū memoria tacere: literarū me-
moriā flagitare. Et cum habeas amplis-
fidei; & simi viri religionē, in tegerrimi municipii
tabularū iurandum fidemq; ea quæ depravari
nullo modo possunt, repudiari: tabulas,
quas idem dicis solere corrumpi, deside-
rare. At domicilium Romæ non habuit
is, qui tot annis ante civitatem datā, se-
dem omnium rerum ac fortunarum sua-
rum Romæ collocauit. At non est pro-
fessus. Imo verò his tabulis professus
quæ solæ ex illa professione, Collegioq;
Prætorum obtinent publicarum tabu-
la-rum autoritatem. Nam cum Appiī
tabulæ negligentius adservatæ diceren-
tur, Gabinii quām diu incolumis fuit,
levitas, post damnationem, calamitas
omnem tabularum fidem resignasset:
Metellus homo sanctissimus modestis-
simusq; omnium, tanta diligentia fuit,
ut ad Lu. Lentulū Prætorem, & ad judi-
ces venerit, & unius nominis litura se
commotū esse dixerit. His igitur tabulis
est aperte ut: Resignaro spistolas: nullam
sumit, & violat & reficit, autem acri-
ficari. Ex gloriā boni omnes.

nullam litarum in nomen A. Licinii vi- Conclu-
detis. Quæ cùm ita sint, quid est quòd sio.
de ejus civitate dubitetis, præsertim cùm
aliis quoque in civitatibus fuerit adscri-
ptus? Etenim cum mediocribus multis,
& aut nulla, aut humili aliqua arte præ-
ditis, gratuitò civitatē in Græcia homi-
nēs impertiebantur: Rheginos credo,
aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut
Tarentinos, quòd Scenicis artificibus
largiri solebant, id huic summa ingenii
prædicto gloria noluisse? Quid? cùm cæ-
teri nō modò post civitatem datam, sed
etiam post legem Papiam, aliquo modo
in eorū municipiorū tabulas irrepserunt,
hic qui nec utitur quidem illis, in quibus
est scriptus, quòd semper se Heraclien-
sem civem esse voluit, reiicitur? Census
nostros requiris scilicet. Est enim obseu-
rum proximis Censoribus, hunc cum
clarissimo Imperatore Luc. Lucullo, a-
pud exercitum fuisse, superiobus cum
eodem Questore in Asia, primis Iu-
lio & Crassio, nullam populi partem esse
censam. Sed quoniam census non
jus civitatis confirmat, ac tantummo-
dò indicat eum qui sit Census, ita se
non facit. *Locris regio
at proxima
Locri et Lo*
*Que jus
sit urbe
excedere
oés qui
non erat
cives Ro
mani.*
*Pars con
sultatio-
nis. Hinc
attifer
Comœdia
qator, Gel
diacum, a
Municips
mūnera cui
sustinet, k
unstern cui
Reupta*

jam tū gessisse pro cīve his temporibus,
quæ tu criminaris , nec ipsius quidem ju-
dicio in civium Romanorū jure esse ver-
satum. Et testamentum sāpē fecit no-
stris legibus. & adiit hæreditates civium
Romanorū , & in beneficiis ad ærarium
delatus est à Luc. Lucullo Prætore &

Consule. Quære argumenta si qua po-
tes. Nunquā enim hic, neque suo neq; a-
amicorum judicio revincetur. Quæres à
nobis Grache, cur tantopere hoc homini-
ne delectemur? quia suppeditat nobis u-
bi & animus ex hoc forensi strepitū refi-
ciatur , & aures conuicio defessæ cōqui-
escant. An tu existimas , aut suppetere

nobis posse quod quotidie dicamus, in
tanta varietate rerum , nisi animos no-
stros doctrina excolamus ? aut ferre ani-
mos tantā posse contentionem , nisi eos
doctrina eadem relaxemus ? Ego verò
fateor me his studiis esse deditū, ceteros
pudeat: si qui se ita literis abdiderunt, ut
nihil possint ex his, neq; ad communem
ad ferre fructum, neq; in aspectū lucem-
que proferre. Me autē quid pudeat , qui

tot annos ita vivo, Iudices, ut ab illis nul-
lo unquam me tempore aut commodū

aut ocium meum abstraxerit, aut volu-

ptas avocârit aut denique somnus retar-

dârit. Quare quis tandem me reprehendat

aut quis mihi jure succenseat , si quantū

cæreris ad suas res obeundas , quantū ad

festos dies ludorum celebrandos, quan-

tum ad alias voluptates , & ad ipsam re-

quiéanimi & corporis, conceditur tem-

porum: quantum alii tribuunt tempesti-

vis conviviis, quantū deniqzaleæ, quan-

tum pilæ , tantum mihi egomet ad hæc

studia recolenda sumpsero. Atque hoc

A causis
ideò mihi concedendū est magis , quod finali-

ex his studiis hæc quoq; crescit oratio &

facultas: quæ quātacunq; in me est, nun-

quam amicorum periculis defuit. Quæ

si cui levior videtur , illa quidem certe

quæ summa sunt, ex quo fonte hauriā, finali,

sentio. Nam nisi multorum præceptis,

multisq; literis mihi ab adolescētia sua-

sissim, nihil esse in vita magnopere expe-

tendum, nisi laudem atq; honestatem: in

ea autem persequenda omnes cruciatus

corporis, omnia pericula mortis atq; ex-

ilii , parvi esse ducenda : nunquā me pro

salute vestra in tot ac tatas dimicationes,

atq; in hos profligatorum hominū quo-

tidianos impetus obiecisse. Sed pleni

omnes sunt libri , plenæ sapientum vo-

tem prout trahi: tamen est

D s. ces,

ces, plena exemplorum vetustas: quæ ja-
cerent in tenebris omnia, nisi literarum
lumen accederet. Quam multas vobis
imagines, non solum ad intuendum, ve-
rum etiam ad imitandum, fortissimorum
virorum expressas, scriptores & Græci, &
Latini reliquerunt? Quas ego mihi sem-
per in administranda Republica propo-
nens, animū & mentem meā ipsa cogi-
tatione hominū excellentium confirmabam.
Quæret quispiā, quid illi ipsi sum-
mi viri, quorum virtutes literis proditæ
sunt, istane doctrina, quam tu laudibus
effers, eruditī fuerunt? Difficile est hoc

Conces- de omnibus confirmare: sed tamen est
sio.

Ratio, certum, quid respondeam. Ego multos
homines excellēti animo & virtute fui-
quia ma- se, & sine doctrina naturæ ipsius habitu
gna est se propé divino, perseipso & moderatos
pe natu- & graves extitisse fateor. Etiam illud

adjungo, sapientis ad laudem atque virtu-
tem naturam sine doctrina, quā sine na-
tura valuisse doctrinam. Atque idem
ego cōtendo, cùm ad naturam eximiam
atque illustrem accesserit ratio quædam
conformatioque doctrinæ, tum illud ne-
scio quid, præclarum ac singulare solere
existere. Ex hoc esse hunc numero, quæ

**Exem-
plum.**

patres nostri viderunt, divinū hominē
Africanum. Ex hoc Cajum Læliū, Lu-
cium Furium, modestissimos homines,
& continentissimos. Ex hoc fortissimū,
virum, & illis temporibus doctissimum
Catonem illum senem: qui profecto, si
nihil ad percipiendam colendamq; vir-
tutem literis adiuvarentur, nunquam se
ad earum studium contulissent. Quod si
non hic tantus fructus ostenderetur, & si
his ex studiis delectatio sola peteretur, finalis,
tamē ut opinor, hanc animadversionem
humanitatem atque liberalissimam ju-
dicaretis. Nam ceteræ res, neque tem-
porum sunt, neq; ætatum omnium neq;
locorum. Hæc studia adolescentiam a-
lunt, senectutem oblectant, secundas res
ornant, adversis perfugium ac solarium
præbent, delectant domi, non impedi-
unt foris, pernoctant nobiscum, peri-
grinantur, rusticantur. Quod si ipsi
hæc neque attingere, neque sensu no-
stro gustare possemus: tamē ea mirari de-
beremus etiam, cùm in aliis videremus.
Quis nostrum tam animo agresti ac du-
ro fuit, ut Roscii morte nuper non com-
moveretur? qui cùm esset senex mortuus
tamē propter excellentem artem ac ve-
nulta-

**Conclu-
sio.**

**Repeti-
tio.**

**Colla-
gio.**

Trāsitio.

**Conse-
quens.**

Compro-
batio.

nus statem, vibebatur omnino mortuus non debuisse. Ergo ille corporis motu tantum amor sibi conciliarat a nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus, celeritatemque ingeniourum negligemus? Quoties ego hunc Archiam vidi Iudices (utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hunc vidi, cum literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum, de iis ipsis rebus, que tum agebatur, dicere ex tempore? Quoties revocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis? Quae verò accuratè cogitatèque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent. Hunc ego non diligam, non admirer? non omni ratione defendendum putem? At qui sic a summis hominibus, eruditissimisque accepimus: ceterarum rerum studia, & doctrinā, & præceptis, & arte cōstare: Poëtam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi divino quodam spiritu adflari. Quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat Poëtas, quod quasi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur

Antece-
dens.

Conse-
quens.

tur. Sit igitur, Iudices, sanctū apud vos Amplificatio à humanissimos homines, hoc Poëte no- majore. Ab exem- plo. tur. Sit igitur, Iudices, sanctū apud vos Amplifi- humanissimos homines, hoc Poëte no- catio à men, quod nulla unquam barbaria vio- lavit. Saxa & solitudines voce respon- dent, bestiæ sèpè immanes catus flectun- tur atque consistunt: nos instituti rebus optimis, non Poëtarum voce movea- mur? Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vendicant. Salaminii repetunt. Smyrnæi verò suum esse confirmant, Itaque etiam delubrum ejus in urbe dedicarunt. Per multalii præ- tereat pugnant inter se atque contendunt. Ergo illi alienum, quia Poëta fuit, etiam post mortem expetunt: nos hunc vivum, qui & voluntate & legibus noster est, re- pudiabimus? præsertim cum omne o- lim studium atque omne ingenium con- tulerit Archias ad populi Romani glo- riā laudemque celebrandam. Nam & Cymbricas res adolescens attigit. Etiam ipso illi Cajo Mario, qui durior ad hanc AEtio studia videbatur, jucundus fuit Neque logia, enim quisquam est tam aversus à Musis, qui non mandari versibus aeternum suo- rum laborum præconium facile patia- tur. Themistoclem illum summum A-thenis virum dixisse ajunt, cum ex eo quærere-

Ex meri-
tis Ar-
chic.

AEtio

Exem-
plum.

Redit ad
merita
Archie,

Conclu-
sio.

quæreretur, quod acroama, aut cuius vo-
cem libentissimè audiret: ejus à quo sua
virtus optimè prædicaretur. Itaque ille
Marius ita eximié L. Plotiū dilexit, cu-
jus ingenio putabat ea quæ gesserat pos-
se celebrari. Mithridaticum verò bellum
magnum atq; difficile, & in multa varie-
tate, terra mariq; versatū, totū ab hoc
expressum est. Qui libri non modò Lu-
cium Lucullum fortissimum & clarissi-
mum virum, verū etiam populi Ro-
mani nomen illustrant. Populus enim
Romanus aperuit, Lucullo imperante,
Pontum & Regiis quondam opibus, &
ipsa natura regionis vallatum. Populi
Romani exercitus eodem duce, nō ma-
xima manu, innumerabiles Armenio-
rum copias fudit. Populi Romani laus
est, urbem amicissimam Cyzicenorum,
ejusdem consilio ex omni impetu regio,
actotius belli ore ac faucibus ereptam
esse atque conservatam. Nostra semper
feretur ac prædicabitur Lucio Lucullo
dimicante, cum imperfectis ducibus de-
pressa hostium classis, & incredibilis a-
pud Tenedum pugna illa navalis. No-
stra sunt trophyæ, nostra monumenta,
nostræ triumphi. Quare quoru*m* ingeniis
hæc

Secundū
exemplū
Ovidius
Ennius
emeruit
Calabris
in mon-
tibus or-
tus.
gnus honos Populo Romano adjungi-
Conti-
tur, Omnes denique illi Maximi, Mar-
guus po-
celli, Fulvii, non sine communi omnium
ni Scipio
nostrū laude decorantur. Ergo illum, magna
qui hæc fecerat, rudem tum hominem tibi,
majores nostri in civitatem receperunt:
nos hunc Heracliensem multis civitati-
bus expetitum, in hac autem legibus cō-
stitutum, de nostra civitate eiiciemus?
Nam si quis minorem gloriae fructum Amplifi-
putat ex Græcis verbis percipi, quām catio à
ex Latinis, vehementer errat: propterea
quod Græca leguntur in omnibus fe-
ré gentibus; Latina suis finibus, exiguis
sané, continentur. Quare si res hæc, quas
gessimus orbis terræ regionibus defi-
niuntur: cupere debemus, quó minús
manuum nostrarum tela pervenerint,
eodem gloriam famamque penetrare.
Quod cùm ipsis populis, de quorum
rebus

Amplifi- rebus scribitur, hæc ampla sunt : tum
catio ab iis certe, qui de vita, gloriæ causa dimi-
utilitate. cant, hoc maximum & periculorum in-
citamentum est , & laborum. Quām
multos Scriptores rerum suarum Ma-
gnus ille Alexander secum habuisse di-
citur ? Atque is tamen cūm in Sigæo ad
Achillis tumulum adstitisset, o fortuna-
te, inquit , adolescens , qui tuæ virtutis
præconem Homerum inveneris. Et ve-
ré. Nam nisi illi ars extitisset illa , idem
tumulus qui corpus ejus contexerat, no-
men etiam obruisset. Quid noster hic
Magnus , qui cum virtute fortunā ad-
quavit ? nonne Teophanem Mitylenæ-
um , scriptorem rerum suarum in con-

Ex mino- cione militum civitate donavit. Et no-
re facit stri illi fortes viri , sed rustici ac milites,
verisi mi- dulcedine quadam gloriæ commoti,
lem Ar- quasi participes ejusdem laudis , magno
chię cau- illud clamore approbaverunt , Itaque
sam. credo , si civis Romanus Archias legibus
non esset, ut ab aliquo Imperatore civi-
tate donaretur, perficere nō potuit? Syl-
la cūm Hispanos & Gallos donaret, cre-
do hunc petetem repudiasset? quem nos
in concione vidimus , cui cūm libellum
malus poëta de populo subiecisset, quod

epigramma

epigramma in eum fecisset, tantum mo-
dò alternis versibus longiusculis , statim
ex his rebus quas tunc vendebat , jussit
ei præmium tribui sub ea conditione, ne
quid postea scribebat. Quis dilitatem
mali Poëtæ duxerit aliquo tamen præ-
mio dignā , hujus ingenium & virtutem
in scribendo & copiam non expetisset ?
Quid ? à Quinto Metello familiarissimo
suo, qui civitate multos donavit, neque
per se, neq; per Lucullos impetravisset ?
qui presertim usq; eò de suis rebus scribi
cuperet , ut etiam Cordubæ natis Poë-
tis, pingue quiddam sonatibus atq; pe-
regrinum, tamē aures suas dederet. Ne-
Ratio,
que enim est hoc dissimulandum , quod
obscurari non potest , sed pronobis fe-
rendum ; trahimur omnes studio laudis,
& optimus quisq; maximè gloria duci-
tur. Ipsi Philosophi etiam in illis libel-
lis , quos de contemnenda gloria scri-
bunt , nomen suum inscribunt , & in eo
ipso, in quo prædicationem nobilitatem
que despiciunt, prædicari de se, ac nomi-
nari volunt. Decius quidem Brutus, plu-
summus ille vir & Imperator, Accii ami-
ssimi sui carminibus templorum ac
monumentorum aditus exornavit suo-
E. tum.

rum. Iam verò ille , qui cum Aetolis En-
nio Comite bellavit Fulvius, non dubi-
tavit Martis manubias Musis cōsecrare.

Conclu- Quare in qua Vrbe Imperatores propé
fio. armati , Poëtarum nomen, & Musarum
delubra coluerunt, in ea non debent to-
gati Iudices á Musarū honore, & á Poë-

Proba á tarum salute abhorrere. Atque ut id
suo ex- libentiū faciatis, jam me vobis Iudices
emplo. indicabo , & de meo quodā amore glo-
riæ , nimis acris fortasse , veruntamen ho-
nesto , vobis confitebor. Nam quas
res nos in Consulatu nostro vobiscum
simul , pro salute hujus Vrbis atque Im-
perii , & pro vita civium , proq; univer-
sa Republica gessimus , attigit hic versi-
bus atq; inchoavit, quibus auditis, quod
mihi magna res , & jucūda visa est, hunc

Repeti- ad perficiendum hortatus sum. Nul-
tio loci lam enim virtus aliam mercedem labo-
commu- rum periculorumque desiderat, præter
nis in qua eadē hanc laudis , & gloriæ : qua quidem de-
sententia tracta Iudices, quid est, quod in hoc
aliquoti- tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi
es muta- tantis nos in laboribus exerceamus?
tis ver- Certé si nihil animus præsentiret in po-
bis est sterum , & si quibus regionibus vitæ
repetita. spaciū circumscriptum est, iisdem o-
mnes

mnes cogitatus terminaret suos , nec
tantis se laboribus frangeret, neque tot
turis vigiliisque angeretur , neque to-
ties de ipsa dimicaret. Nunc insidet
quædam in optimo quoque virtus, quæ
noctes ac dies animum gloriæ stimulis
concitat atque admonet , non cum vi-
ta tempore esse dimittendam comme-
morationem nominis nostri , sed cum
omni posteritate adæquandam. An ve- Ex mi-
rò tam parvi animi videamur esse omnes nori.
qui in Republica atque in his vitæ peri-
culis laboribusque versamur, ut cum us-
que ad extremum spaciū nullum tran-
quillum atque ociosum spiritum du-
xerimus , nobiscum simul moritura
omnia arbitremur ? An cùn statu-
as & imagines , non animorum si-
mulachra , sed corporum, studiosè mul-
ti summi homines reliquerunt , con-
silorum relinquere , ac virtutum no-
strarū effigiem nonne multò malle de-
bemus summis ingeniis expressam &
politam ? Ego verò omnia quæ gere-
bam , jam tum in gerendo spargere me
ac disseminare arbitrabar , in orbister-
æ memoriam sempiternam. Hæcve-
rò sive à meo sensu post mortem ab-

E 40 futura

futura sunt , sive ut sapientissimi homines p̄taverunt , ad aliquam animi mei partem perinebunt , nunc quidem certe cogitatione quadam , speque delector.

Peroratio in qua brevissime repetetur argumēta su- p̄rà tradita. Quare conservate , Iudices , hominem pudore eo , quem amicorum studiis videntis comprobari , tum dignitate , tum etiam venustate : ingenio autem tanto , quanto id convenit existimari , quod sumorum hominum ingenii expetitum esse videatis . Causa verò ejusmodi , quæ beneficio legis , authoritate municipii , testimonio Luculli , tabulis Metelli comprobetur . Quæ cùm ita sint , perimus , à vobis Iudices , si qua non modò humana , verum etiam divina in tantis negotiis commendatio debet esse : ut eum qui vos , qui vestros Imperatores , qui populi Romani res gestas semper ornavit , qui etiam his recentioribus nostris , vestrisq; domesticis periculis , æternum se testimonium laudum daturum esse profitetur : isque est eo numero , qui semper apud omnes sancti sunt habiti atque dicti : sic in vestram accipiatis fidem , ut humanitate vestra levatus potius , quam acerbitate violatus esse videatur . Qua de causa pro mea consuetudine , bre-

ne , breviter , simpliciterque dixi , Iudices , ea confido probata esse omnibus . Quæ non fori , neque judiciali consuetudine , & de hominis ingenio , & communiter de ipsius studio locutus sum , ea Iudices à vobis spero esse in bonam partem accepta , ab eo qui judicium exercet , certe scio .

ORATIVN-
E 3.



ORATIVNCVLA

ARNOLDI BVRENII DELITE-
tarum humanitatis dignitate &
usu, ROSTOCHII
habita.

Exordi-
um.

Finis hu-
mane vi-
te à diver-
sis subje-
ctis

Thesis
ad hypo-
thesin.

ET SI omnes mortales non solum sua facta atque consilia , sed etiam cogitationes,& latentes animi conatus, ad Dei gloriam, ad Reipub. salutem, ad communem vitæ morumq; institutionem referre decet: tamen maxime ii qui publicum docendi munus in Ecclesia sustinent , id præstare ex officii ratione coguntur , quod hoc nomine illi Reipub. Christianæ ministri divinitus constituti sint, ut religionis fines amplificare, & gloriam Dei proferre, omnesque honesti & virtutis disciplinas , pro virili conservare debeant. Qua causa ego, qui jam olim in sacris publicè docendis versor, excitatus sum, ut artibus, quæ plane in his populis neglectæ & sine gloria jacent, amissum decus, & debitū honorem , cum aliis bonis viris restituere laborarem. quod illis extinctis , nec religio stare, nec Resp. florere, necnulla civiliis disciplinæ exempla diuturna perpetuaque

tuaque esse possint. Hæc me ratio, Expositio hypothesis à causis diversis. non aliqua animi levitas; hæc officii necessitas, non ullus inanis gloriae fumus hoc tempore impulit , cur in his , qui in literis aliquem honoris gradum , & dignitatis locum ambiunt , meum nomen profiterer: quo artibus eruptus honos, & gloria detracta , tandem redderetur. quod meū consiliū viris & bonis & prudentibus facile probatum iri , omnino confido. At si qui sunt parum candidi, quibus magnoperé curæ est, recte facta sophistarum more malè interpretari : velita cœci & stolidi ; ut candida pronigris, & honesta pro turpibus habeant: cum his rixari non est consilium : sed eos cum sua & malitia & stoliditate , ut sapientis est, facile contemno. Mihi satis esse debet, mea consilia non desplicere bonis & honestis , quibus solis, simplicis veritatis amici, & recti studiose, se ut probarent, ad officii rationem, sibi satis esse putarunt.

Placet autem viri amplissimi pro tem- poris angustia, de totius Philosophiæ, li- terarūq; humanitatis dignitate et usu, in quæ & inventæ & excultæ sint: unde ipsarum virtus atq; splendor, sole clarus

E 4. videtur

Confir-
matio. videtur, paucis dicere. Etenim ipsam
Philosophiam, præclarum Dei munus,
& amplissimum supremi numinis do-
num esse, cum veterum philosophorum
& illustriū virorum testimonio, tum sa-
crarum literarum authoritate, abunde
constare puto: generique humano beni-
gne clementerque concessam, quo per
eam primum gloria divini nominis, &
bonitas Dei optimi maximi, prædicare-
tur: deinde Resp. civilis, & morum dis-
ciplina, & sapienter & religiose, consti-
tuerentur. breviter, quo esset totius vi-
tae civilis regina & magistra, quā totam
in tres partes dissectam videmus, quarū
nulla est, quæ non homini & pio & san-
cto plurimum profit, tum ad Dei cogni-
tionem, tum ad beatę recteque vivendum
quemadmodum ex singulis paulo post
clarissime liquebit.

1.
Logica. Prima versatur in differendi ratione,
& bene dicendi facultate, quæ hominem
docet, res apte distinguere, & cōmode
explicare: vera à fallis recte discernere:
tum causam, quam quis suscepit, polité
eleganterque exponere. Quam dicen-
di virtutem, à Paulo inter Dei dona nu-
merari, nemini obscurum esse puto.

Quæ

Diversa.
subjecta.
2.
Ethicæ.
Finis
Philoso-
phiæ. Quæ cum omnibus valde decora sit,
vehementer apta; tum ii, qui in Rep.
civili feliciter gerenda, vel in sacris pro
concione utiliter explicandis versantur,
ita necessaria est, ut non magis ad mu-
nus suum obeundū idonei, nisi illam cal-
luerint, quam alius ad lyram videri pos-
sint. Altera politice complebitur.
universamque Reipub. constituendæ
artem continet: quæ fontes vitiorum
atque virtutum aperit: quæ honestis re-
bus præmium, & præclaris factis ho-
norem decernit, contrá improbitati atq;
sceleri dignam quoque gratiam reponit.

Ethicæ
stolis eandē esse cum lege divina aperte est lex
docet, quam' & pulchrē & verē, idem il- nature &
le gentium Doctor, & tuba Evangelicæ divina.
gloriarum Paulus, paedagogum in Christum
esse dicit. Quis autem est omniū tam propriū
vel religionis ignarus? vel rerum politi- adjūctū
carum imperitus, qui non intelligat, ne- Ethicæ.
minem summum in Rep. imperiū cum
laude tenere, & Magistratum cum glo-
ria gerere posse; qui non hac divina Phi-
losophiaꝝ scientia liberaliter institutus,
& diligenter præparatus, ad civitatis gu- Politici.
bernacula, & publici muneris admini-
stratio-

E s. stratio-

Theolo-
gi.

Occupatio.

Respon-
sio.

Rejectio.

3.
physica.

Definitio
á subje-
ctis, adjú-
ctis causa
efficiente
effectis
& fine,

strationem accedat: neq; ullum Theo-
logiæ professorem, verbum divinum, cu-
jus bona magna pars, in legis cogni-
tione posita est, pro dignitate posse tra-
stare, & ex salute auditorum commodé
exponere: nisi exactissime totius legis
naturam virtutemque perspexerit, atq;
tenuerit. At permulti omnium legum
& totius philosophiæ rudes, tum Remp.
administrant, tum in sacris publice tra-
dendis, sese jactant.

Recte sane, sed hinc sunt illæ lachri-
mæ, quod ubique Respub. dissipantur,
& civitates malè admodum affectæ sunt,
& quod causa religionis valde laborat,
& Ecclesia multis locis magis destruitur

quam ædificatur. Sed hanc querelam a-
lli temporis atq; loco reservabimus: nunc
ad cœptum negotium nos referemus.

Vltima verò Philosophiæ pars, cum
rerum omnium, quas natura in se habet,
& causas & effectus copiosè eleganter-
que persequitur, in quibus manifesta
divinæ virtutis vestigia, & illustria cœle-
stis potentiarum signa, ubique ita apertæ,
ita claræ sese offerunt: ut ex admiranda
ista rerum conditione, & speciosis Dei
operibus, & Deum, & immensam ip-
sius

suis, bonitatem, tum potentiam, ne
Paulus ad Romanos etiam author est,

facile cognoscere possit. Nusquam

Effectum
Physices

non ibi in oculos plurima incurunt mo-
numenta, quæ te æterni Dei omnia cō-
dentalis, omniaque conservantis admo-
neant: teque ipsi pro immensa miseri-
cordia & innumeris beneficiis perpetuò
gratias agere, & debitam gloriam tribu-
ere jubeant. Si artificis præstantis &
eximij opus, proportionibus aptum &
præfelix, intuentium oculos & demul-
cet & detinet, facito i.e ut authorem o-
peris benevolētia. Sequamur, & lau-
dibus ornemus: q. tò honestius quā-
toque rectius opera Dei contemplamur?
non vanas mortalis artificis imagines,
sed viva æterni numinis opera: non falsa
alicujus homunculi arte exte expolita;
sed virtute conditoris mirabiliter varia-
ta, & cœlesti ingenio decenter distincta,
& divina pulchritudine ampliter illu-
strata. Hæc digna sunt, quæ admiremur

Amplifi-
catio a
diversis
minori-
bus.

& in quæ nō soñū oculos corporis con-
jiciamus: sed etiam ad quæ mentis lu-
mina & omnē animi vim convertemus. à diver-
Hæc opera digna sunt, ad quæ omnis æ-
tatis homines cōspiciendi causa propere-
bus.

mus,

mus, & juvenes & senes concurramus spectatum. Quid enim æquius? quám ea, unde vita, & omnia nobis benigné subiectū suppetint, reverenter suspicere, & verè Physices magnificere, omnibusque exemplo esse Natura ut ad hanc doctrinam, plenam divinitatērum e- tis, plenam cœlestis beneficentia cognoscendam, alacriter accedant, & confluāe jusq; ad- junctum. libenter.

Epilogus Videlis totam Philosophiam o- genera- mnis virtutis, & disciplinæ & morum lis, præcis magistram, è cœlo delapsam, & à fonte pua ar- omnis boni, ad salutarem humanæ so- gumenta cietatis constitutio^{nō} defluere, quæ ad illustrandam Dignioriam, momenti adfert plurimum: quæ civitates atque Respub. liberalibus disciplinis temperare, & honestis legibus fundare docet: quæ mores humanitatis præceptis atque iustitiae eleganter singit, & pulchre for- mat: & quicquid cyclopicum in iis re- peritur, paulatim evelli ac tollit. Bre- viter, quæ homines, tum privatos, tum magistratu aliquo fungētes, ad omnem officii rationem, divinitus instituit.

**Repeti-
tio diver-
si adjun-
cti Philo-
sophie.** Utinam omnes, qui vel in prædicati- one Christi, vel in administratione civi- tatū versantur, ab hac doctrina satque esse

essent instructi, vel senes. Neam cognoscendam saltēm accederent, more veterum, apud quos viros consulares, & natu admodum grandes, philosophari solitos legimus: profecto res, tum Ecclesiæ, tum Reipub. civilis, felicius gerentur & melius haberent. Nunc pu- det & verbi ministros & senatores, Philosophiæ ludū frequentare, & hoc pulcherrimū ad quamvis actionem instru- mentum, à Deo in subsidium verbi di- vini datum, & quo uno civitates benè utiliterque gubernantur, sibi compara- re. at in Ecclesia ius occupare, & in re publica magistri suscipere, non ex- rubescunt, cum nitidearum rerum, qui- bus virum expoliti m esse oportuit, qui vel religioni feliciter consulere, vel civi- tati salubriter præesse debebat, omnino teneant. Adeò & perversa nunc sume hominum judicia, & omnis rerum renarū ratio, & corrup- & dep- Ego in præsentia meā & stu- & amore, quibus tam augusta munera, quæ, utinam prius cognosse a fine hu- potuisse; nunc tandem complector, ius orati- onibus declarare volui, ut si nihil ali- saltem exemplo complures, ad Phi- losophia

Autori-
tas.

Nota

eci
hypō-
eos

uncule-

ad Phi-
losophia

Iosophiz admirationem commoverem.
Quod nuncum consilium, bonos in me-
liorem partem accepturos spero : iis ve-
rò, quibus volupe est, rectè facta vel
superbè irridere, vel improbè ca-
lumniari, me tam displicere,
quām laudatis viris pro-
bari, semper,

re-
jusq
jund

PSR ZINATNU
FUNDAMENTA
ACADEMIA
BIBLIOTEKA *
LATVIAE
dib.
1524

IPN
satd